UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Compendivm Summae seu Manualis Doct. Navarri

Ávila, Esteban de
Azpilcueta, Martín de

Lvgdvni, 1609

Emphyteusis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41656

Visual Library

EMPHYTEVSIS.

A HABENS rem propriā Eccleſiæ in emphyteuſim temporariam, vel perpetuam, & per duos annos penſionem, nō ſoluens ipſo facto eam perdit, niſi mora purgetur celeritate ſolutionis. Si verò prædium eſt priuatæ perſonæ, non perditur: niſi omittat ſoluere per tres annos: non tamen poteſt purgare moram. Quòd ſi retineat penſionem propter compenſationem, non perdit.

B Quando dominus directus prædij accipit in pignus prædium emphyteuticum, non tenetur computare fructus in ſortem. num. 218.

Donans emphyteuſim non tenetur ſoluere laudemium in foro exteriori, imò nec in interiori. cap. 23. num. 65.

Amiſſio verò emphyteuſis ipſo iure incurſa poteſt eſſe in pendenti. num. 104.

EMPTIO, ET VENDITIO

I. Quo ad pretium.

A PRETIVM iuſtum *rerum eſt pretiū pecuniarium, quo communiter æſtimatur res valere, attenta eius bonitate intrinſeca, & vtilitate vendentis, loco, tempore, penuria, vel copia illius,*